die feſto. Multo āt magr̄ ꝯſuāda eſt
ſalus rei publice q̄ vnius hoīs. Hoc āt
fit p bellū. ⁊ iō licitū eſt bellaē in die
bꝫ feſtis ſi nēcitas hoc expoſcat. Nam
ppter feſtū in nēcitate ceſſare: eēt deū
tēptare ſed nēcitate ceſſāte nō licꝫ. qꝛ
tūc dn̄t hoīes vacaē ſpūalibꝫ. Cō. tai.
A. Idē in ſū. con. li. j. di. xij. q. vij. B.
De facientibꝫ ⁊ vēdētibꝫ arma vide ī. ne
gociatio. ꝗ. ſi. A. immo potius. ꝗ. q̄ inci
pit. Quid de artificibꝫ. B.

Bellū. ij. q̄ ad clericos. Clericis
bellaē nō licet. xxiij. q. viij. p
totū. Et hr̄ eſt ſm Tho. ij. ij. q.
xl. duplici rōe. Pria eſt gn̄alis qꝛ ex
ercitia belloꝝ inq̇etudines hn̄t ⁊ mul
tū impediūt a ꝯtēplatōe dīnoꝝ ⁊ lau
de dei: ⁊ orōe p pplis. q̄ ad officiū pti
nēt clericoꝝ. Scd̄a ē ſpēalis. qꝛ clerici
ordināt̄ ad altaris miniſteriū. in q̄ ſb
ſacro repn̄tatur paſſio xp̄i. j. Cor. xj.
Quotieſcūqꝫ māducabitis panē hūc
⁊ calicē bibetis mortē dn̄i annūciā-
bitis donec veniat. ⁊ iō nō ꝯpetit eis
occidē vl̄ effundere ſanguinē ſꝫ magr̄
eē paratos ad effuſionē pprij ſanguinis
p xp̄o ut imitēt̄ ope qd̄ gerūt mini
ſterio. A. Idē in ſū. cō. li. ij. ti. v. q. lj.
B. Sꝫ nec pn̄t arma portare abſqꝫ iuſta
cā puta ſi trāſeāt p loca picl̄oſa ad
terrorē latronū licꝫ nō debeāt pcutē.
ar. xxiij. q. iij. maximian9. ⁊ nōt ex. de
vit. ⁊ ho. clericoꝝ. clerici primo. A. In
glo. Et ſb̄dit q̄ alr̄ portare nō dn̄t ⁊
ſi t̄cio admoniti nō deſtiterīt pdūt p̄
uilegiū illius canōis. xvij. q. iiij. ſi q̄s
ſuadēte ⁊ ex. de ſen. exc. in audiētia ⁊
c. ꝯtingit. ij. B. Niſi forte vim vi re-
pellēdo. ut ſ. bellū. j. ꝗ. ij. et ī. homici-
diū. j. ꝗ. vj. vij. et. viij. A. in. ꝗ. viij.
mil de hr̄ d̄r. ſꝫ potius in. ꝗ. q̄ incipit. Vtrū
liceat clericis. B.

¶ Quid ſi clericus iuit cū hn̄tibꝫ iuſtū
bellū ⁊ ꝯſecutus eſt aliq̄d nūq̄d tenet̄
reſtituere. Rn̄o ſm Wil. Si datū fuit ei
ab eis q̄bꝫ licuit rape p̄ōt illud tenē-
ſi āt ipſe rapuit tenet̄ ad reſtitutōē ⁊
dāmificato q̄dē ſi ſit. alioq̇n paupibꝫ.
Nā ſicut dn̄s eius nō potuit ei dare au
ctoritatē bellandi: ita neqꝫ rapiendi

Poſſet tn̄ retinere de ↄſenſu dn̄i q̄ iu
ſte pugnauit ſi cōſenſerit dū guerra
durat· qꝛ pinde eſt q̄ſi dn̄s re illā ei de
diſſet. A Jdē in ſū·cō·co·ti·q·l·B
¶ Vtrū q̄ bellis inſūt poſſint ſiei de
ricī Rō ſm Ray· Si q̄s inſit bello li
cito: nec interſiciat nec mutilat nec cām
mortꝭ p̄ſtat ſi alr̄ ſit ydone⁹ pōt pmo
ueri· nec indiget diſpēſatōe Si vō in
bello illicito ꝛ ibi hōies ſūt ocaſi· ecꝭ
ſi nō p illū: ei imputabit ꝓpter culpā
p̄cedētē· ꝛ ita pmoueri nō poterit·xv
q·j·c·vl·ar·ex̄ de cle·pcu·pn̄tiū·ꝛ de
hoi·ↄtinebat· A Con·Goff·ꝛ hoſti·ut
in ſū·cō·li·ij·ti·ij·q·v·ꝛ ſm Hoſtiē·
ad ſcd̄m mēbꝝ meli⁹ facit c·ſi q̄s p⁹
acceptū·lj·d· Et addit ray· Credo tn̄
qꝫ cū talibꝫ poſſit epūs diſpēſare·dū
mō nec mors nec mēbri mutilatio fu
erit ſb̄ſecuta ar·ex̄ de cle·pu·i du·c·j
et·ij Glo·dic̄ Fuit ſb̄ſecuta n̄ p illos
licꝫ fuerit ſb̄ſecuta p alios ut ibi·B·
¶ Licitū eſt p̄latꝭ ecc̄aſticꝭ ob defenſi
onē reꝝ ecc̄e uꝭ fidei inuocare ↄtra vi
olentos brachiū ſeculare ꝛ hortari ta
les nō q̄dē ut occidāt vulnerēt ꝭ mu
tilent· h̄ em̄ eēt directe ad homicidiū
ꝓuocare·ſed ut ecc̄aꝫ fidē uꝭ patriaꝫ
liberēt ꝛ terrā ab infidelibꝫ occupatā
reducāt ad xp̄m· ꝛ ſup h̄ ecc̄a facit re
miſſiōes magnas ꝛ licꝫ hincinde ali
q̄ occidāt nō eſt hoc p̄lato imputan
dū immo peccaret n̄ ↄtra tales ſe op
poneret·xxiij·q·v·de occidēdis·ex̄ de
homi·poſtulaſti·ꝛ ca·tua nos·xxiij·
q·iij· maximian⁹ ꝛ·q·viij· Igit ꝛ c·
ſcire·ꝛ c·oi·ꝛ c·hortat·ꝛ c·ut pridē·
Tho·ec̄·ij·ij·q·xl·dicit qꝫ ad clericos
bn̄ ptinet diſponere ꝛ inducē aliū ad
bellādū iuſta bella· ꝛ licꝫ n̄ dēant ex
ercere bella manu ꝓpria: tn̄ pn̄t inter
eē ut iuſte pugnātibꝫ ſpūalr̄ ſb̄ueni
ant ſuis hortatōibꝫ ꝛ abſolutōibꝫ·ꝛ
aliis ſpūalibꝫ ſb̄uentōibꝫ· A Jdem
in ſum·con·li·ij·ti·j·q·xlix·B ¶ Si p
ſona ecc̄aſtica violēt occupat domū
alicui⁹ et nō vult exire ſine violentia
vide ſ· Excōica°·ij·§·iiij· ꝛ ꝰ iſta ma
teria eē vide multa ſ· Irregularitas·

j·et·ij·quaſi p totum·

Bellū·iij· inq̄ntū ecc̄as inuoluit
Qui ꝰ illꝭ q̄ in bello iniuſto in
cendunt ecc̄as an teneant ad
emēdatōꝫ Rō ſm Wil·ſi nō ſūt incaſ
ſtellate ꝛ incēdunt ex ꝓpoſito incēden
tes tenēt ad emēdā·ſi vō ſūt icaſtel
late aut nō ex ꝓpoſito incēdūt ꝫ caſu
ſcꝫ dū iuſte illi bellātes p̄ſtant opā
dei licite incēdēdo machinas hoſtiū·ꝛ
hmōi nō tenēt Jdē Vl·A Jdē i ſū·cō·
li·ij·ti·v·q·lxiij·vbi etiā declāt illud
hmōi· qꝰ ē dū icēdūt caſtꝝ uꝭ villā
quā alꝭ expugāre ↄmode n̄ pn̄t·B
¶ Quid de rebꝫ q̄ capiūt de eccleſiis
aut q̄ ſunt de bonis ecc̄aꝝ ſeu clericoꝝ
exiſtētiū in tra illi⁹ ↄtra quē bellum
agit Rō ſm Wil·Raptores boꝝ tenēt
ad reſtitutōꝫ niſi auctē p̄lati eccleſia
ſtici hoc fieret Jdem Vl·A· Jdem in
ſum·con·co·titu· queſti·lxj·B Vel n̄
eſſēt victualia et hmōi·ut in ſe·§·A·
Nō tn̄ de bonis ecc̄ie uꝭ clericoꝝ·ut p̄t
colligi ex dictis in dicta·q·lxj·et eti
am in·§·ſe·B
¶ Quid ſi irruētibꝫ hoſtibꝫ ↄfugiūt
ad ecc̄aꝫ et capiunt ibi Rō ſm Wil·ſi
tales confugiētes incaſtellauerunt
ecc̄iaꝫ aut inde impugnauēūt iuſtos
hoſtes: nō dn̄t gaudere immunitate
ecc̄ie quā ipi violauerūt inde pugnā
do· Sil̄r ſi reponant ibi victualia de q̄
bus ſuſtētant in impugnatōe hoſti
um qꝛ ſi rapiant a iuſte bellantibꝫ
nō peccant·ꝛ nō tenent ad reſtituti
onē· Jdem Vl·A Jdem in ſum·con·
co·titu·q·lxij·B Ad hoc facit ſ· Emu
nitas confugientiū·§·ſi·

Benedictio· Benedictōem ſim
plicem poſſūt dare ſacerdotes
etiā pn̄te epō·xcv·de Eccleſie
Sed non ſolemnem vt p̄mittendo·ſit
nomen dn̄i rc̄·uꝭ humiliate vos ad
benedictōem rc̄ xxvj·q·vj·miniſtē
re· A Hoc fuit dictum Rapm̄·et eius
glo·ut in ſum·con·li·iij·t·xxvij·q·x
vbi etiā dꝛ qꝫ ſacerdos nō debet dice
re humiliate vos rc̄·niſi calicē tene
at·aut corꝑalia aut patenā á cruceꝫ

aut tale quid ſm glo. Dicitur etiam
ibi ꝙ cū p̄ſbiter celebr̄at p̄n̄te ep̄o dēt
ſibi innuere an ip̄e velit bn̄dicē. ꝙ ſi
velit n̄ bn̄dicat p̄ſbit᷑. ſi āt nolit: p̄ſ-
biter bn̄dicat p̄dicta ſimplici bn̄dic
tōe. Nec erit eē in p̄n̄tia ep̄i licentia
alia expreſſa ep̄i nc̄caria qꝛ h̄ ſolo ꝙ
p̄mittit cū miſſā celebrare intelligi
p ɔn̄s om̄ia p̄mitté q̄ ad miſſā ſpec-
tāt. ar. ex̄. de offi. dele. p̄terea. Et bn̄
dictio ptin; ad miſſā. d̄ ɔſe. di. j. miſ
ſas. Et ad p̄dicta facit. c. cū ad cele-
brādū ea. diſ. vbi d̄r. ꝙ vbi ep̄s non
fuerit: ꝓpl̄s bn̄dictō; accipiat a ſacdo
tate. Et ſic p; ꝙ vbi fuerit: p̄o deb; re-
q̄ri vt dictū eſt. B. Vide de hoc. ĭ. ſac-
dos. ꝯ. iij. ¶ De aq̄ bn̄dcā vide. s̄. Aq̄
bn̄dicta An bn̄dicēde ſint ſcd̄e nup
tie. vide infra nuptie. ꝯ. iij.

Beneficiū. j. ɔmūiter Infra qd̄
tp̄s ɔferri deb; vacās bn̄ficiū
R°. Ecc̄iaſtica miſteria ſeu be
neficia ecc̄ie ſeu officia q̄libet nō dn̄t
vacare vltra ſex mēſes alioq̄n ſi col
latio ptinebat ad ep̄um deuolui᷑ ad
capitulū a ecōuerſo. a ſi fuerit negli
gēs p alioſ ſex mēſes deuolui᷑ ad me
tropolitanū a poſtea ad papa; . ex̄t.
de ɔc̄eſ. p̄bē. Nulla. Et intelligas ſo
lū p illa vice ex̄. de ſupplen. negli. pre
la. ſicut nobis. Et ſi q̄s p̄dictoꝝ elap
ſo tp̄e ɔferat. nihil valet. ex̄. de ſupp.
ne p̄la. c. ſi. Et incipit currere tp̄s p̄
dictū nō a tp̄e vacatōis. ſed a tp̄e ſci
entie ſeu notiae ex̄. d̄ ɔceſ. p̄bē. qꝛ di
uerſitatē. Et de dictis ſex mēſib; ſub
trahi᷑ tp̄s ſuſpēſiōis a p̄egrinatōis
a req̄ri᷑ ꝙ p ſuā culpā vl̄ negligētiā
diſtulerit. Sec9 ſi p impotētiā iuriſ l̄
facti. etiā ex culpa ɔtingēte. niſi fuiſ
ſet negligēs in petēdo abſolutōe;. vt
nota᷑ in dicto. c. qꝛ diūſitatē. a ſi ta
lia eſſēt officia ſeu admiſtratōes q̄ꝝ
collatio ptinēt ad r̄gulaēs a ipſi neg
ligerēt: dioceſani ſupplere dn̄t nō ob
ſtante ſi ipſi regulares fuerint exēp-
ti. vt in cle. qꝛ regulares. de ſupp. ne p̄
la. Porro ſi fuiſſet ecc̄a cathedral᷑ vl̄
eē regularis habebūt electores ſolu;
tres mēſes infra q̄s ſi iuſto ip̄edimē
to ceſſante electio nō fuerit celebr̄ata
eligēdi p̄tāſ ad p̄xiͫ ſupiorē deuolui
tur. ex̄. de ele. ne p d̄fectu. Et intellige
cū aliis ɔditōib; n̄c ſup̄dictis. A Pre
dicta fere oīa notā᷑ eē in ſū. cō. ti. j.
ti. j. q. xaj Et cū oīb; p̄dcās cō. Al. D
¶ Qui hab; bn̄ficiū cū cura ſi recipi
at 2ͫ iterꝝ cū cura. ip̄o iure vacat p̄ͫ
ex̄. de p̄bē. de multa. a d̄ ele. dudū eē
rothomagis. Vn̄ ex tūc cū tal᷑ nō ſit
p̄lat9 in prima. nō p̄t ſubditos in il-
la abſoluē nec aliq̄d tale facere Et ſi
mili mō vacāt eē p̄bēde canonicoꝝ.
a coꝝ dig̃tates nā licet nō habeant
curā aīaꝝ tn̄ recipiēdo ſcd̄a; vacat pri
ma. vt in dicto. c. de multa. a de ɔce.
p̄. literas A. de dignitatib; ſeu pſoā
tib; claꝝ eſt in dicto. c. de multa. De
ſimplici vo p̄bēda eſt dubiū Et vide᷑
idē p dictum. c. lrāſ. vbi dicit glo. ꝙ
ep̄s p̄t diſpēſaē circa bn̄ficia ſimpli-
cia. ſ; nō in eadē ecc̄a h̄eat pl̄a Sed ꝙ
h̄ ep̄s nō poſſit ſūt opiniōes ſm dn̄;
Antho. de bu. ibi. Tancre. a q̄dā aliȷ
dixerūt iſtā vacatōe; ſolū obtinē i bn̄
ficiȷs curatꝭ a dig̃tatib; q̄b; vide᷑ ob
ſtare dictū. c. lrās. Vn̄ Goff. p h̄. c.
dicit idē eē tenēdū de p̄bēdis qd̄ de di
gnitatib;. cū ſcd̄a p̄bēda recipi᷑ vt ti
tul9 nō vt ſimplex bn̄ficiū vl̄ vt ſtipē
diū. vt i ſū. cō. li. iij. ti. xiij. q. ix. Dn̄ſ
Antho. in dicto. c. lrās vide᷑ h̄ ſētire
veꝝ in caſu dicti. ca. lrās. videl; qn̄ p̄
bēde ɔferū᷑ in eadē ecc̄ā. a altera ē ā
nexa alicui dig̃tati ſeu officio qd̄ oīo
ꝓhibe᷑ ſn̄ diſpēſatōe pape vt in. c. j.
ex̄. de ɔſu. li. vj. Vn̄ dic̄. Quēo an va
cet p̄ria p̄benda p r̄ceptō; ſcd̄e i eadē
ecc̄ā. R°. ꝙ p̄ria p̄bēda bene vacat p
receptō; ꝓpoſiture cui etiā eſt ānexa
p̄bēda ſm Inno. qꝛ q̄s n̄ p̄t eē t̄plex
in vna ecc̄ā vt de ɔſu. c. j. li. vj. In. c.
ꝯo de multa. de p̄bē. dicit ſm Hoſt.
Goff. a Jo. an. a Vin. ꝙ acceptando
ſcd̄a; p̄bēdā i titulū: vacat p̄ria. Qd̄
ɔfirmat Jo. an. eē veꝝ qn̄ p̄bēde dā᷑
in eadē ecc̄ā Sec9 ſi in diuꝭ. de q̄ in dic
to. c. lrās. vbi vide᷑ caſus a cum hoc

trāſijt· ⁊ ita đ videt̃ tenēđ ·Itē p̄ma dig̃tas tūc vacat p acceptō; ſcđe qñ ſcđa accipit̃ i eadē eccā Ita videt̄ colli gi ex textu dñ·c·đ multa ꝑ dñ; An tho·ibi dū dic̄ ſ Rō· ꝙ ſicut pluālitas curatōnū ē inhibita· ita ⁊ pſōatuū ⁊ dig̃tatū ſiī cuā in eadē eccā· B Et tūc intelligit̃ quis recepiſſe ſcđam ⁊ va care primā qñ habuit eius pacificā poſſeſſiōem vel p cū ſtetit quo min⁹ haberet· ex· de p̄bē· licz li· vj· ꝙ ſi for te p papā fructus iſti⁹ ſcđi eſſent ad tps cōceſſi alteri: ñ vacat p̄mū· q̄diu ille alt̃ ꝑcipit iſtos· ex· đ p̄bē· ſi tibi a nobis· li· vj Et de hac etiam materia vide infra·§·iiij· Et eodē mō vacat ſiue ꝑdit̃ primū bñficiū ſi qs violent̃ occupat ſcđ; ꝟ ſe ſcient̃ intru dat in eo ex· de p̄bē· cū q̄ li· vj Et tales violenti ſeu iniq̄ occupatores ipō fa cto ſi ius aliqđ habebant in bñficio qđ occupauerīt ꝑdunt illud ⁊ vacat ut in dicto· c· cū q̄· Porro ille q̄ hz cō ferre dicta bñficia vacātia debz ea cō ferre infra ſex mēſes Alś ptās ꝯferē di deuolutr̃ ad aliū· ut in· j·§· dictū ē· Incurrit̃ etiā alia pena niſi ꝯferat in fra dictū tp̄s videl; ꝙ ipſe tenet̃ aſſi gnare in vtilitate; ipſi⁹ eccāe vacātis de ſuis ꝓuentibz nō de illis eccāe ſue· tātū q̄tū a tpe ipi⁹ vacatōiſ ꝑceptū fuit a q̄cūq; detinente ipſā· A Hoc hē tur in dcō· c· de multa· ex̄ de p̄ben· B Et ſi ꝓpriū non hz: puniet̃ alia pena ad arbitriū iudicis· xvj· q· vj· illđ· xiij q· vj· ſi res· ꝟ repetēt̃ ab eo q̄ ꝑcepit qz ipē tanq̄ inuaſor oīs fruct⁹ reſti tuē tenet̃· C· de rei vendi· certū· A Cū p̄dictis con· Alb· Et videt̃ ꝙ ille q̄ p cept̄ fruct⁹ pricipali⁹ tenea᷑ cū ſit pri cipal̃ malefactor Rō ꝯferēs dō i ſbñ diū· ar· l· ſi· ff· de eo ꝑ quē fac· erit· B

¶ Nūq; caſus ſūt in qbz qs p̄t abſq; diſpēſatōe duas ul̃ plures eccāas ſeu p̄bēdas hr̄e· Pri⁹ eſt qñ eccāe ſūt ita tenues ꝙ neutra ſufficeīt ad ſuſtēta· tō;· x· q· iij· vnio· ex̄ de reli· do· qz mō ſteriū· Scđs ſi vna p̄bēdet ex altera· ex̄ de eta· ⁊ q̄li· eā te· Terci⁹ eſt ꝓpt̃ rari tatē clericoꝝ· xxj· q· j· cleric⁹ in ſi· Ter tus eſt ſi eccā eſt annexa dignitati ul̃ p̄bende in q̄ caſu cū ipſe teneat̃ in maiori eccā pſonalr̃ deſeruire: tene᷑ in ipſa ꝓchiali hr̄e ydoneū ꝑpetu um vicariū q̄ cōgruentē hēat de ꝓuē tibz ipſi⁹ eccāe portōē;· ex̄ de p̄ben· ex· tirpāde Quīt⁹ eſt ſi habz vnā intitu· latā ⁊ aliā ꝯmēdatā· xxj· q· j· plures Sed tal̃ cōmēda° de eccā ꝓchiali ñ p̄t fieri niſi ei q̄ attigerit· xxv· annū; ⁊ q̄ ſit ſacđos· Et tali eccā nō p̄t ꝯmit ti niſi vna ⁊ p euidenti nccītate ꝟ vtili tate· ⁊ nō durat niſi p ſex mēſes· ex· đ ele· nemo li· vj· A Predicti q̄nq; ca ſus ponūt̃ eē in ſū· cō· li· iij· ti· xiij· q· iiij· Vbi eē dr̄ ſm Rap· ꝙ gnālr̄ ꝯm datio nullaten⁹ debz fieri niſi ſbſit iu ſta cā· ut qz nō inueniᷓ p̄lat⁹ ydone⁹ ul̃ aliq̄d ſimile· alś ep̄i poſſent frau des multas ꝯmittē Colligit̃ eē ex p̄ dictis ex̄ caſus ꝙ qs nō p̄t hr̄e pluā bñficia ſine diſpēſatōe· Sz qs diſpē· ſabit· Dic ꝙ in bñficijs curatī ⁊ dig tatū ſiue pſonatuū ul̃ ꝙ in eadē eccā hēant̃ due p̄bēde ſeu adminiſtratio ali q̄ ul̃ officiū ⁊ p̄bēda· ſol⁹ pp̄ diſpēſat vt; ex dictis ſ·§·j· In reliq̄s dō bñ· ficijs ſimplicibz ut no· in ſū· cō· eo· ti· q· viij Io· dixit ꝙ ep̄s p̄t diſpēſare in eodē ep̄atu· ſed nō in diuiſis ⁊ hoc ꝓpt̃ iuris impoſſibilitatē· qz tenet̃ vtriq; obedire ⁊ ab vtroq; ordines recipe· qđ eē nō poſſet· ſi ꝯtraria mādaret· Sz hanc ꝑplexitatē ſol⁹ pp̄ tollē poſſet q̄ diſpēſando videt̃ ꝯcedere ꝙ eligat cui voluerit obedire ul̃ a q̄ vellet ordīes ſuſcipe Goff· aūt dicit Veri⁹ puto ꝙ ſiue in eodē ep̄atu ſiue in diuiſis nul· l⁹ diſpēſaē poſſit niſi pp̄· ⁊ ſic curia te net Glo· vero Rap· ait· Credo ꝙ ep̄i pñt diſpēſare nō de iure ſcripto ſed de ꝯſuetudine ſola quam pp̄ ſcita nō re probat· ⁊ iō preſumit̃ approbare eā Vñ credo hodie derogatū eē p cōtra riam ꝯſuetudinē illi· c· ſanctoꝝ· lxx· di· vbi ꝓhibeᷓ ꝙ qs ñ ſit canonicus p̄bendari⁹ niſi vnius eccāe in qua cō ſcriptus eſt id eſt intitulatus· licz ex

diſpenſatōe epi vnus diuerſis p̄eſſe
poſſit eccleſiis Cō. Vl. ⁊ Her. ⁊ glo.
Barto. brix. in dicto. c. ſcōꝝ. ſ. ꝙ eps
in talibꝫ poſſit diſpēſaꝛ ad dēſ vł ꝙ p̄t
eē diſpēſaꝛ ꝙ q̇s habeat bñficiū ſim
plex. i. ſine cuā ⁊ pſonatu cū alio q̇ð
hꝫ curā aiaꝝ. Hoſt. v̓o in ca. lrās di
cit ꝙ ſi epi nō poſſint diſpēſaꝛ in pla
litate hmōi p̄bēdaꝝ q̇ ad titulū dici
tñ p̄t ꝙ poſſint diſpēſaꝛ ob p̄rogati=
uā meritoꝝ ꝙ teneat primā vł ſcðaꝫ
tāquā bñficiuꝫ ⁊ ponat vicariū q̇ bñ
deſuiat ⁊ ɔpetētē portionē habeat de
p̄bēda. extra de p̄ben. expoſuiſti. ⁊ de
cle. nō re. cū ad hoc. maxime qñ in ec
cleſia eſt tał ɔſuetudo. vel ſtatutū ex
cā factū. ext. de ɔſti. oēs. Et ſic ſenſit
Hoſti. ꝙ nec de iure. nec de ɔſuetudi
ne p̄ōt eps diſpēſare ſine cā. Et bene
qꝛ irratōnabiliſ ɔſuetudo nō excuſat
ſed grauat. ext. ð ɔſu. c. fi. Et vt dicit
glo. Rap. ⁊ Vl. diſpēſatio etiā p pa=
pā facta ſi fiat ſine iuſta cā nō excu
ſat q̇ ad deū. ſed tātū quo ad ecclām
militātē. Et addit Vl. Poti⁹ diſpen=
ſans in eadē dānatōe inuoluiƭ cū eo
cū q̇ diſpenſat Aduertendū etiā ꝙ licꝫ
eps vel ali⁹ ſupioꝛ ɔferat vel ɔfirmet
bñficiū alicui. nō p hoc intelligiƭ di=
ſpēſare. niſi expſſe diſpēſet ſm glo.
in dicto. c. lrās de ɔceſſ. p̄ben. Et idē
dicit Hoſt. vt notat ibi dñs Antho.
de bu. Ad hoc bñ facit cle. ſi ſum⁹. de
ſen. excō. Qð puto veꝝ qñ ex ignorā
tia iuris vel facti vel ex alia cā p̄cludi
tur libera volūtas ſupioris. alš ɔceſ=
ſio ſp intelligiƭ facta cuꝫ omībꝫ hiis
ſu q̇bꝫ ñ poſꝫ ſortiri effcm̄. ff. ð iuriſ.
oi. iudi. l. ij. ⁊ ex̄. ð of. dele. p̄terea. B
Quicūqꝫ recipit dignitatē vel pſo
natū ſeu officiū vel bñficiū cui aiarū
cura ſit annexa ſi añ obtinebat ſile
cū ſit priuat⁹ primo poſtꝙ̄ poſſeſſiōꝫ
habuit de ſcðō vel p cū ſtetit q̇ min⁹
haberet teneƭ abſqꝫ mora dimittē in
man⁹ ordinarij in cui⁹ epātu ꝟ fuerit
alioq̇n oēs tales etiaꝫ ſcðō ipō iure
ſūt priuati. ⁊ nō ſolū ad ſacros ordi
nes. ſꝫ etiā ad q̇ðcūqꝫ aliud bñficiuꝫ

ſiunt inhabiles. ⁊ oīa talia vacātia
bñficia ſedi apłice reſuāƭ. Et ſi ali⁹
diſponat ð eis nō valet Hec Joh. ꝓ
in extraua. q̄ incipit Execrabilis. A.
Cō. Al. ⁊ addit ꝙ in dicta extrauagā
ti cū ſuis declaratōibꝫ pleniſſiē hēƭ de
bñficijs q̄ nō pñt ſimul teneri ſine di
ſpenſatione. B.
¶ Qñ nō p̄deſt diſpēſatio ſup plurā
litate bñficioꝝ. R°. Nō p̄deſt qñ im
petrāſ ſbſtituit aliq̇ð ɔ̄tumcūqꝫ mo
dicū bñficiū. Qñ eē ɔcedi² vt q̇s duo
bñficia curā aiaꝝ habētia poſſit ſimł
hēꝛ. intelligiƭ de duobꝫ primis bñfi=
cijs p⁹ ɔceſſionē. A. Que ſcꝫ hūerit
impetrās. vt in. c. nō p̄t. De q̇ infra.
B. Itē ſi mādaƭ alicui p̄uideri de bñ
ficō. nō obſtāte ꝙ habeat aliud p ꝟ
nō eſt diſpēſatū vt hēat ambo ſimł.
ex̄. de p̄ben. nō p̄t li. vj. Itē ſi ꝓ mo
tu ꝓprio alicui aliq̇ð bñficiū obtinēti
ɔferat aliud: ñ habita intētōe de po
ri. nō ꝓpƭ hoc inualida eſt grā. dum
mō exp̄maƭ in lrā ꝙ motu ꝓprio ɔceſ=
dit. Sec⁹ ſi ad petitōeꝫ alteri⁹ grāꝫ fa
cit. ex̄. de p̄ben. ſi motu. li. vj.
¶ Bñficiū nō vacās nulli p̄mitti p̄t
nec in gn̄ali vt p̄mittēdo cū potuerit
p̄uidere vel cū facultas ſe obtulerit ⁊
ſub q̄uis forma verboꝝ. alš p̄miſſi=
ones p̄dicte nec valent nec obligāt.
ex̄. de ɔceſſ. p̄ben. deteſtādo. li. vj.
¶ Quibuſ clericis debeat p ordinato
rem tam de neceſſarijs ꝙ̄ de benefi=
cio p̄uideri. R°. Romana eccīa nō cō
ſueuit cogere ordinatorem ad p̄uidē
dum non ɔſtitutis in ſacris. extra. de
p̄bē. eps. et. c. cū ſm. A. Con. Al. B.
Et nota hic ꝙ ſi aliquis eps ɔmittƭ
extraneo epō vt vice eius in ſua dyo
ceſi teneat ordinatōes ⁊ ipſe p̄mouit
ad ſacros ordineſ aliquē non haben
tē titulū. ipſe qui ordinauit tenetur
ei neceſſaria p̄uidere. donec p eum vł
aliū de beneficio ſit prouiſum. Secus
ſi ei cōmiſit ordinare certas pſonas
inƭ quas ſuit aliquis ſine titulo Nā
in hoc caſu eps qui ɔmiſit teneƭ ta=
liter ordinato. A. ſ. ad neceſſaria mi

miſtranda·donec p ipſũ beneficiatus
fuerit ut in c·ſi eps·de q̃·ꝫ·B·Simili
a ipſe tenet taliter ordinato qñ cõ=
mittit alicui ut poſſit a q̃ voluerit epõ
ad ſacros ordines pmoueri Hec oĩa
de p̃ben·ſi eps li·vj·A Dicta nc̃cario
rũ puiſio tũc debꝫ fieri qñ ordinat9 ſi
ne titulo de ſua uł patna hereditate
nõ p̃t ſuſtẽtari·de p̃ben·epiſcopus a
c·tuis·B

¶ Vtꝝ ordinat9 ad titulũ patrimo=
nij ſui poſſit illud vendere uł donare
Ro·ſm Der·ex·de p̃ben·c·tuis:licet
Vincẽti9 dixerit q̄ nõ·tñ ſm Tancre·
di9 credo q̄ ſic·ſſ rã et bñficio ecc̃aſti
co renũciare p̃ot·A Con·Alb·a idem
in ſum·con·ti·iij·ti·xiij·q·xiiij·B

¶ Capitulũ ſede vacãte nõ p̃t ↄferre
ea bñficia q̃ ad collatõez epi ptinẽt
ſꝫ p̃t admittẽ pñtatoſ a p̃lomiſa eos
inſtituere in bñficiis in q̃bꝫ fuerit pñ=
tati·licꝫ ad epm ſi viueret ptinuiſſꝫ
eꝫ de inſti·et ſi capitulũ li·vj Pot ec̃
capitulũ epõ defuncto uł a bñficiorũ
collatõne ſuſpenſo ↄferre p̃bẽdas q̃
ad epm a capitulũ ↄmunit ptinẽt ec̃
ſi eps intẽſſe hẽat in collatõe tñ tãq̄
p̃lat9·Et idẽ p̃t eps ſi capitulũ ſit ſu
ſpenſũ·uł ſingularit oĩs ſint excõi
cati A·ſcꝫ maiori excõicatõe ut in·c·
ſi ad epm·De q̃·ꝫ·B·Sꝫ ſi ptinẽt ad
epm cũ cõſilio capituli uł aſſenſu:de
functo epõ uł ſuſpẽſo nõ p̃t capitlm
ſe intromittẽ niſi eps fuerit ſuſpẽſus
in mora de petẽda relaxatõe ſuſpẽſi=
onis Vbi ãt de ſpẽali ↄſuetudine·A
uł ſtatuto dicto c·ſi ad epm B·bñſi
ciorꝫ colla° ad aliquẽ cũ cõſilio epi
ptinet ſublato epõ de medio cũ ↄſiliũ
neq̃at peti:nõ eſt collatio differẽda·
Silr etiam ſi eps ierit in remotis ita
q̄ nõ poſſit ei9 pñtia in breui haberi·
eꝫ ne·ſe·va·ſi ad epm li·vj·B·

¶ Bñficia a oẽs dignitates ł pſona
t9 vacãtia in cuia romana nõ pñt cõ
ferri niſi p papaꝫ·Silr a curialiũ ſeu
accedẽtiũ uł redeuntiũ de curia ſi dece
dãt in locis vicinis curie ad duas di
etas legales·A Diete legales ſũt·xx
miliaria·p die·ff·Si quis cau·l·j·a
no·glo·i·c·pñti de q̃·ꝫ·Subiũgẽs Et
ſi modicũ ec̃ ſupeſſꝫ·nõ includeret ſꝫ
loco·ff·de ver·ſig·l·iij·Ibi enĩ dr q̄
ſi ſint·xxj·miliaria faciũt duas die=
tas Et p̃fata intelligẽda ſũt niſi ſup
dicti morerẽ² i loco ꝓprij domicilij ſeu
dom9 ꝓprie·tũc enĩꝫ collatio nõ ſuat
pape niſi eẽt curiał q̃ licꝫ hẽt domi=
ciliũ ſeu domũ ſue originis in loco cu
rie:tñ ibi occaſiõe curie ibi moraba²
tũc enĩ reſuat·Silr ec̃ ſi curiales mo
riãt in loco vñ recedit curia ł in itine
re:tũc curiaꝫ ſeq̃rẽt q̃ntumcũq̄ loc9
vbi recedũt ab ipſa curia ſit remot9
dicto c·pñti·B·Oĩa hec ad papã tñ
ptinẽt niſi q̄ p9 mẽſem pñt ea ↄferri
illi ad q̃s ptinẽt p ſeipſos tñ·uł ip
ſis agẽtibꝫ in remotis p ſuos vicari
os gñales q̃bꝫ id ↄmiſſũ ſit in coꝝ di
oceſibꝫ exñtes·ł ñ eſſẽt ecc̃e prochi
ales a vacaſſẽt vacãte ſede ap̃lica·ã
etiã ſi vacauerit añ·et ꝓ priuſq̄ ↄfer
ret defũct9 eẽt Probãt hec oĩa ex·de p̃
ben·licet a·c·ſtatutũ a c·pñti a·c·ſi
ap̃lica·li·vj·

¶ Si p epm ↄferat bñficiũ alicui ab
ſente licet nõ fiat ſuũ donec ↄſẽtiat:
tñ eps nõ poterit ↄferre iteꝝ altri do
nec ille recuſet·nec valeret colla°·Se
c9 ſi eps notificata ipſa collatõe aſſi
gnet aliquẽ terminũ ↄpetẽtẽ ↄſẽtiẽ=
di·et ille nõ ↄſenſerit infra terminũ·
p̃t ec̃ ↄſentiẽ qñcũq̄·dũmõ priuſq̄
bñficiũ ipſũ alteri ↄferat·A·Et poſt
iſtũ ↄſenſum nõ poterit bñficiũ alte
ri ↄferri·ut in·c·ꝫ·Allegato·B·ex·de
preben·ſi tibi abſen·li·vj·

¶ Si paup clericꝰ cui mandat puide
ri de bñfi° iuꝫ e9 meita q̃ nullũ hẽbat
poſtea aſſecutus eſt non tenet ei epi
ſcop9 amplius puidere·extra de pre·
ſi paup·li·vj· Bñficiati tenent ad
horas canonicas et equaliter vide ꝫ·
Hore De bñficijs plm nõ habẽdis
a filiis·vide infra Illegitimus·ꝭ·iiij·

¶ De reſignatõe beneficij a qualiter
fiat·vide infra·Renunciatio p totũ·

¶ De pmutatõe beneficiorum vide ꝫ·

pmutatō. Ad materiā beneficiorꝫ ſa
tis ptinet. ꝗ. Ecc̄ia. ij. a. ꝗ. p̄benda.
Beneficiū. ij. q̄ ad fructꝰ bn̄ficiorꝫ. Fructꝰ tp̄e vacatōis debēt
i vtilitatē ecc̄e expēdi vel futu
ris ſucceſſoribꝫ fideliter reſuari. alꝭ
in cathedralibꝫ eccleſijs a in regulari
bꝫ a collegiatis ſi fiat ↄtra p capitu
la ↄuentꝰ a collegia vel ſingulares p
ſonas. ipi ↄtrafacietēſ ſūt ſuſpēſi ab
officio a bn̄ficio. A. q̄cūqꝫ donec ple
ne reſtituerint q̄dq̄d de bonis pcepe
rint a p̄latꝭ mortuis dimiſſis vel va
catōis tp̄e obueniētibꝫ vt in. c. ꝗ. al
legato B. nō obſtātibꝫ p̄uilegijs vꝭ
ↄſuetudinibꝫ. ex. de ele. qꝛ ſepe. li. vj.
A. Vbi ſiſꝭ dꝛ. Nō obſtātibꝫ ſtatutꝭ
iuramēto ↄfirmatōe ſedis apl̄ice. aut
alia q̄cūqꝫ firmitate vallatꝭ. B. Iteꝫ
ſiſꝭs p̄hibitō ſit gn̄aliter ꝺ omibus
eccleſiis ne bona eorꝫ occupēt a p̄latꝭ
q̄bꝫ ſubſt. ſeu ad q̄rꝫ cuſtodiā ptinēt
A. Aut ab alijs q̄buſcūqꝫ pſonis ec
cleſiaſticꝭ ad q̄rꝫ collatōnē ordinatōꝫ
pn̄tatōꝫ ſeu cuſtodiā ptinēt dignita
tes. pſonatꝰ. priorat. vꝭ ecc̄e vacā
tes. vt in. c. infra allegato. B. niſi de
ſpēali p̄uilegio vꝭ ↄſuetudine p̄ſcp̄
ta vel alia rōnabili cā. Aliꝭ ep̄i a ſu
piores ſūt ſuſpēſi ab ingreſſu ecc̄e a
alij ab officijs a bn̄ficijs donec ſatiſ
fecerint ex. de or. pn̄ti. li. vj. A. Ibi ec̄
dꝛ Vbi ex p̄uilegio vel ↄſuetudīe ſeu
alia de cā rōnati ſibi aliq̄s p̄dictorū
aſſerit bona ↄpetere ſup̄dicta. Hoc ꝺ
illis bonis ſolū debet intelligi q̄ ſolu
tis debitis ſi q̄ ſint a bijs q̄ fuerīt ne
ceſſaria p ſeruitoribꝫ a miniſtris ac
incūbētibꝫ oneribuſqꝫ ad nouos red
ditꝰ ſuppōnēdis ↄgrue reſeruatis ex
ipſis recepta fuerint ſupeſſe. B.
¶ Indulgētie de pcipiendis fructibꝫ
bn̄ficiorꝫ in abſētia ↄceſſe pſonis nō
ecc̄iaſticis vel dignitatibꝫ ſūt caſſe a
irrite ex. de reſcrip. c. ſi. li. vj. A. Iſtꝭ
c. vt pꝫ intuēti loq̄t de ↄceſſiōibꝫ fa
ctis an̄ illā decre. ex inde rō oñdit φ n̄
ſiunt faciende. B.
¶ Fructꝰ iaꝫ pcepti planū eſt φ alie
nari pn̄t. vide infra. alienatio. ꝗ. j. Sꝫ
a fructꝰ q̄ debēt recipi poſſūt locari ec̄
ſi ſint decime a alia ex. de loca. vrā. ſꝫ
hec locatio nō extēdit vltra tp̄s vite
locātis. qꝛ clericꝰ in bn̄ficō vſufructu
ario ↄpatꝭ. xvj. q. vj. illud A. Hec fu
it opinio Goff. vt in ſū. cō. li. j. ti. ij.
q. ij. Sed Inno. dicit φ ſi locatio ſit
noīe ecc̄e a vtilit. ſucceſſor. ex. de ſo
lu. c. j. a. x. q. ij. hoc iuſ. a. xij. q. ij. q̄
cūqꝫ ſuffragio. Secꝰ ſi inutilit. Si āt
ſuo noīe locauit nō intēdēs obligarē
ecc̄iam nō tenet ſucceſſor. ſꝫ nec heres
eiꝰ ſcꝫ manu tenere locatōꝫ q̄ t̄mina
ta eſt in vita locātis. Et ideo ſubdit
Inno. Sicut neqꝫ heres vſufructuarij
niſi inq̄ntū ad eū puenit. ff. locati. ſi
q̄s domū. ꝗ. hic ſubiungi. Et h verūꝫ
eſt in miſtro. vꝭ p̄lato ecc̄e. ſcꝫ φ ſuc
ceſſor tenet hr̄e ratū qꝺ factū eſt a p̄
deceſſore. Sꝫ in canonico p̄bēdario ſe
cꝰ dicimꝰ. qꝛ ille nūquā pt lōre p̄bē
dā ſuam vltra tp̄s vite ſue licꝫ de illa
poſſit agere a ↄueniri ſi legitimꝰ ad
miſtrator dicit ec̄ ibi Inno. ſcꝫ in ca.
q̄relaꝫ ex. ne. p̄la. vj. ſuas. φ ↄtractꝰ
initꝰ cū p̄lato ecc̄e niſi ſeruatiſ ſolēni
tatibꝫ ipō iure nō valet. ſeruatꝭ vō ſo
lēnitatibꝫ valet licꝫ ſi ↄtractꝰ ecc̄e ſit
inutilꝭ poſſit petere reſtitutōꝫ in inte
grū Hoſti. ec̄ dicit φ inq̄ntū pecunia
vſa eſt in vtilitatē ecc̄e ratū debꝫ hr̄e
ſucceſſor vꝭ reddere pecuniā. ar. ex. ꝺ
ſolu. c. j. vt in ſū. cō. dicta. q. ij. Hoc
dictū pt intelligi etiaꝫ ſi locatio non
ſit in nomīe ecc̄e vel ſi fiat a p̄benda
rio. alꝭ locatio debet omnino rata
eſſe. vt ex predictis conſtare pōt. B.
De hoc vid infra locatio. ꝗ. ſi.
¶ Canonici alij bn̄ficiati clerici q̄ diui
nis officijs non interſūt. nō pn̄t pcī
pere quotidianas diſtributōes. nec
valet ↄſuetudo contraria. A. ſ. vt in
ca. ꝗ. allegato. B. alꝭ nō faciunt eas
ſuas. a tenent ad reſtitutōeꝫ niſi ex
cuſet eos infirmitas vel iuſta a ratō
nabilis corporalis nc̄citas aut euidēs
eccleſie vtilitas. ex. de clericis non re
ſi. c. j. li. vj. A. Ibi etiam ſubiūgit In

diſtributõibus etiã p defunctoꝝ an-
niuerſarijs largiendis idẽ dicimus
obſeruandũ. B Ad materiã iſtã pñt
ptinere ea q̃ dicun² ꝫ. cleric⁹. j. ς. ſi. a
clericus. iiij. p totum

BEneficiũ. iij. qñ iniuſte tenet
Qui nõ rite ↄſeqt̃ beneficiuꝫ
aut dignitatẽ. ut ait Ray. cuꝫ
nõ intrat p hoſtiũ eſt fur a latro nec
hꝫ viã ſalutꝭ niſi reſignãdo. vł ſi eſt di
ſpẽſabile petat diſpẽſatõꝫ ab eo q̃ pt
a in vtroq₃ caſu agat pniam de ↄmiſ
ſo. Simile ſupra. Beneficiũ. j. ς. j. A
Idem in ſũ. cõ. ti. iij. ti. xxvj. q. xx. B
Quando aliq̃s male poſſidet bñficiũ
uł dignitatẽ vtꝝ ſubditi teneãt obe
dire ei ł debitores rñdere R² Q₂ licꝫ ĩ
foro iudiciali multiplex eẽt rñſio: tñ
in foro cõſcientie ſi q̃s ſciat ꝙ poſſeſ-
ſor ecciẽ uł dignitatis nõ ſit ver⁹ p̃la
tus certe nõ tenet ei obediẽ nec ſolue
re q̃d dignitati uł ecciẽ debꝫ nec ſoluẽ
do liberat ar. ex̃ de iureiurã. etatea de
ſen. excõ. in q̃ſitõi. A Hoc verꝝ eſt niſi
q̃s eẽt p ſniam iuris ordine latã nec
appellatõe ſuſpenſã ↄdẽnat⁹ tũc ei dꝫ
obedire ſm Hoſti. ut in ſũ. cõ. ti. ꝫ° t.
xiij. q. xx Et pt eẽ ratio q₂ ſolutio uł
q̃d ſimile nõ ↄtinet in ſe pctm̃ Et cũ
dictis in hoc. ς. con. Albri. B
Nũq̃d male poſſidens abſoluit ig
norãtes R° Q₂ nõ ex q̃ non eſt prela
tus ex̃ de pe. oĩs a de pe. diſ. vj Placu
it Tñ in caſu iſto illi nõ perirẽt nõ q₂
iſte abſoluere poſſꝫ ſed p fidẽ quã ha
bẽt in facio ex̃ de p̃ſbitero nõ bap. a-
plicã. a ꝑpter iuſtã cãm ignorantie
Sed tñ ſanguis coꝝ req̃rit ab hijs q̃
gerebãt ſe ut p̃latos a ipſos q̃tũ in
ſe fuit pdiderũt ar. ex̃ de offi. or. irre-
fragabili De hꝫ. ꝫ. Cõfeſſio. iij. ς. ſi. A
Con. Al. Sed ut hꝫ in ſũ. con. ti. j. t.
j. q. vl. Hoſ. ſup ea. Dudũ. ij. de ele.
vide² ſentire ↄtradicẽs Talis de ↄſitio
tenet ↄfiteri a nõ de nc̃citate q₂ talis
p̃ſbiter vere abſoluit ex q̃ curã tenet
q̃ diu pbabił eſt ignorãtia a ab ec-
cleſia tolerat Sed ſciẽt nõ debꝫ ad ta
lem ire Et ſic intelligit decre. oĩs Ad
hoc facit q₂ ↄmunis ignorãtia a tole
rãtia tribuit iuriſdictõꝫ nõ habenti
etiã inhabili. ff. de off. p̃to. l. Barba
rius Sed hꝫ in humanis in q̃bꝫ pcedi²
ſm humanã opiniõꝫ Sec⁹ in rebꝫ cõ
ſciẽ in q̃bꝫ pcedat ſm diuinã veritatem
Vñ nõ ver⁹ ſacdos nullatenus pt ab
ſoluẽ a ei ↄfeſſus cũ ſciuerit tenet ↄfi
teri ut a tenet Inno. ſup idẽ ca. licꝫ re
ſeãt eẽ aliã opiniõꝫ ut pꝫ in ſũ. cõ. in
dcã. q. vl. Hoc idẽ ſenſit Hoſt. in ſũ
ma dũ dixit ꝙ a tali recipiũt aĩe cũ
nõ poſſit ligare nec ſoluẽ cũ iudex ñ
ſit a licet aĩme iuſtam cãm habeant
ignorantie tñ ac ſi amiſſe eẽt requi
tur ſanguis earum ab ipſis B

BIgamia Multis modis ↄtrã
hit bigamia Prim⁹ qui int̃
latios ꝓprie dr eſt cũ q̃s ſucceſ
ſiue a diuerſis tẽpibꝫ duas habuit
vxores a vtramq₃ cognouit. xxj. q. j
apeciant Scd̃s eſt qñ diuerſis tem-
poribus habꝫ plures vnaꝫ de iure et
alteraꝫ de facto a vtramq₃ cog̃ſcit ex̃
eo. nup Hic eñ reputat bigam⁹ nõ
ꝓpter ſacramenti defectũ ſed ꝓpter in-
tentõnis affectũ cũ ope ſubſecuto ut
ibi dr Terci⁹ qñ habet plures eodẽ
tpe. vnã de iure a alteraꝫ de facto. uł
ambas de facto a cognoſcit vtrãq₃ ut
in dicto c. nup. ł corruptã de facto. xx
xj. q. j. quõ ex̃ de diuor. gaudem⁹. ex̃
eo. a nobis. A Iſtud c. a nobis meli
us facit. B Quart⁹ qñ ↄtrahit cũ vi-
dua ab altero marito cognita. xxxij
de feriati a. xxxiij. di. maritũ Sec⁹ an
ſi relicta fuiſſꝫ virgo. xxxiiij. di. c. ſi.
Quintus qñ cõtrahit cũ corrupta a
q̃cumq₃ alio ſiue ↄtrahat ſcient ſiue
ignorant a eã cognoſcit diſt. xxxiiij
curandũ a c. p̃api. Sext⁹ qñ vxorem
ꝓpriã cognoſcit ſciẽt uł ignorãter p⁹
q̃ cognita eſt ab alio di. xxxiiij. ſi cu
iuſ a c. ſc. Septim⁹ qñ aliq̃s in ordie
facro ↄſtitutus uł poſt factam pfeſſi
onem in religiõe: de facto ↄtrahit cuꝫ
corrupta ex̃ eo. a nobis. xxvij. q. j. q̃t
q̃t. A Idem etiaꝫ caſus notãt in ſũ.
con. ti. iij. ti. iij. q. x. B.

¶ Qui virginē defloravit ⁊ poſtea in
vxorē eā duxit nūq̄d p̄t ꝓmoueri R°.
ſic. q2 nō diuiſit carnē ſuam in duas
nec illa in duos. ext. eo. debitū. xxvj.
di. acuti9. et ar. ext. q̄. ſi. ſint le. tāta
A. Alij ꝯtra aſſerētes ꝙ opꝫ ꝙ mu
lier ſit v̓go tpe q̄ ꝯtrahi² m̄rimoniuꝫ
ad h̓ ꝙ ꝯtrahētes nō incurrāt irregu
laritatē. xxxij. di. nemo. ⁊ exp̄ſſū vide
tur. xxx. q. v. q̄lis. vbi v̓go caſta ⁊ d̓
ſpōſata in v̓ginitate r̄q̄. Et hāc opi.
tenet hoſti. vt in ſū. cō. li. iij. ti. iij. q.
x. Sꝫ vtꝫ ibi p̄riaꝫ tenꝫ ray. tho. ⁊ pe.
⁊ goff. ⁊ vl. ⁊ ſic vide² cōior ⁊ tenēda
Et ad ꝯtraria dicūt ꝙ dꝫ eē v̓go. i. nō
ab alio cognita. Dicit etiā vl. ꝙ cuꝫ
oīa p̄cedētia legitime fiāt. p ꝯñs m̄ri
moniū dicto. c. tāta. p̄ſumi² v̓go hoc
caſu q̄ſi in v̓ginitate eſſet deſpōſata
Prima rāſio efficacior ē ſcda em̄ ali
qñ nō tenet. Nā ſi defloratio fuiſſet
facta ab vxorato. p ſeq̄ns m̄rimoniū
cū d̓florata nō fit aliqua legitimatō
dicto. c. tanta. B.

¶ Quid ſi credit ꝯtrahere cū virgine
⁊ inuenit corruptā. R°. Nō p̄t ꝓmo
ueri cū ſit marit9 corrupte. xxxij. q. v
ille. xv. q. j. c. ſi. A. Meli9 facit. liij. di.
q̄ in aliq̄. Nec ſm ray. excuſat error
nec violentia. Lex em̄ ꝓmotōis ſcm
req̄rit nō volūtatē dicto. c. ſi. ⁊. c. ille
āt. Jdē tho. pe. ⁊ hoſti. vt in ſū. con.
ti. iij. ti. iij. q. vj. B.

¶ Quid ſi q̄s habuit vnā vxorē nec
ꝯgnouit ⁊ poſtea ducit aliā virginē
⁊ cog̊ſcit ⁊ ecōuerſo primā cog̊ſcit et
nō ſcdam. R°. Nō repellit a ꝓmotōe
ext. eo. debitū. A. Jdē dicas p eandē
rōēꝫ. ſi aliq̄s ducat in vxorē mulierē
ab alio deſpōſatā ⁊ traductā non tñ
cognitaꝫ ſm ray. tho. pe. ⁊ hoſtien.
xxxiiij. d. c. vl. ⁊ in ſū. cō. eo. ti. q. vij
Sed iſte caſus eſt clar9 ⁊ formaē di
cti. c. debitū. B.

¶ Quid ſi maritus accuſat vxorē de
adulterio ⁊ pēdēte accuſatōe vir ad p̄
ceptū ecc̄ie reddit debitū vxori. R°. ſꝫ
Rai. Tho. ⁊ Hoſt. Jrregularis ſiue
bigam9 cēſet. Nā irregularitas ſepe
ꝯtrahit ſolo facto. A. Jdē in ſū. cō. e.
ti. q. ix. Et addit Hoſt. ꝙ nō peccat
in h̓ caſu debitū nō reddēs cū vult ꝓ
moueri. q2 vxorē repellit p exceptōꝫ
ortā ex adulterio. Sed Ray. ait ꝙ te
net reddere cū non debeat eā ſpoliare
poſſeſſione ſui corpis vſq3 ad ſn̄iam
xj. q. j. q2 res. viij. q. iiij. Nonne. p̄ci
pue cū h̓ ſibi p̄cipit ab eccleſia. dictū
Hoſti. p̄ōt teneri qñ marit9 offert ſe
ſtatī ꝓbaturꝫ ꝯmiſſū adulteriū vt in
fra octo dies vel circa. ar. c. ſolet. de
ſen. excō. li. vj. Quidā tñ vt in dicta
q. ix. dicūt ꝙ in h̓ caſu ꝯg̊ſcēs vxorē
adulterā nō fit irregularis cū ñ agat ſꝫ
poti9 patiat̄. ſ. q2 ꝯpellit a iudice Sꝫ
p̄rio dictū ꝓbabili9 ⁊ tenēdū vide². B.

¶ Quid d̓ eo q̄ hūit vnā vxorē añ ba
ptiſmū ⁊ aliā p9 baptiſmū vł vtrāq3
añ baptiſmū. R°. Jrregularis ē. diſt.
xxxiiij. ſi q̄s viduā. A. Poti9 eſt ca.
is q̄ viduā. B. Et. xxvj. di. p totū. Si
militer q̄ añ bap̄mū dimiſit vxorē ꝓp
ter fornicatōꝫ ⁊ poſtea accep̄t eā Nā
p bap̄mū nō tollit h̓ irregularitas vt
dač pꝫ p tho. in. iiij. di. xxvij. lꝫ irre
gularitas homicidij tollatur vt infra
homicidiū. iiij. ℣. j. i ſi. A. Jdē reſpō
p̄m dicti in ſū. cō. eo. ti. q. xj. Sꝫ ⁊ 2m
dictū colligit ex eadē rōe. B.

¶ Quare bigam9 ñ p̄t ꝓmoueri. R°
tres ſūt cāe. Prīa ꝓpt̓ defectū ſacr̄nti
ſ. vnitatis ipſi9 cū ñ ſit vn9 vni9 ex q̄
diuiſit carnē ſuā ī duas. xxvj. di. acu
ti9. ex. eō. d̓bitū. Et h̓ ē p̄cia reat̄ cā
de q̄ h̓ ꝯ̄ nūc dicē9. Scda cā ē ꝓpt̓ dig
tatē ordi m. xxvj. di. vna ⁊. c. vl. Ter
cia eſt ꝓpt̓ ſignū icōtinētie di. lxxxij.
ꝓpoſuiſti. Vl. h̓ ⁊ fortaſſe Vna ābro.
Quō erit hortator viduitatis q̄ ipſa ꝯiu
gia freq̄ntauit. A. Hoc h̓r in dicto.
c. vna B. Ad itellectū āt p̄rie cāe nō
ꝙ in m̄rimonio attēdi² duplex ſacr̄mē
tū ꝓpt̓ duplicē ꝯiūctionē q̄ eſt in ipō.
Prīa ē ꝯiūctio aīorꝫ. ſcda corpū. p̄ria
ſignificat ꝯiūctōeꝫ aīe ad deū. ſcda ſig̊t
ꝯiūctōꝫ xp̄i ⁊ eccleſie q̄ fuit q̄ſi m̄rimo
niū ꝯſūmatū q̄ dē i p̄triarchis ⁊ ꝓphe
tatū in tpe grē ſcilicꝫ in natiuitate xp̄i

ↄſummatū in cruce vel ratū in cruce et
ↄſūmabit in glā. Itē ſcđa cōiunctio
ſignificat etiā vnionē diuinitatis ⁊ hu
manitatis factā in vtero virgis. xxv
di. acuti⁹. de ↄſe. di. ij. in xp̄o pat. ex.
eo. debitū. Cū ḡ tā ↄiūctio xp̄i ⁊ ecclē
q̄ vnio diuinitatis ñ ſit niſi vnica: me
rito ſignat in ↄiūctōe p̄mi m̄rimonij
Sed cū q̇s trāſit ad ſecūdā. recedᵗ ab
vnitate ⁊ ſic nō p̄t ſignificare dictā
vnicā ↄiūctionē Et hāc rōem tangit
aug⁹. in dicto. c. acuti⁹ in fi. A. Idē
in ſū. cō. li. iij. ti. viij. q. ij. B.
¶ Vtrū liceat diſpēſare cū bigamis.
R°. q̄uis diuſimode r̄ndeāt. m̄ videt
tenēdū qđ tenet tho. in. iiij. di. xxvij
dicēs ſic. Bigamie nō eſt adiūcta ir
regularitas de iure naturali. ſ; de iuē
poſitiuo nec itē eſt de eſſētialib; or
dinis ꝙ aliq̇s nō ſit bigam⁹ Patet
ex h̄ ꝙ ſi aliq̇s bigam⁹ ad ordinē ac
cedat caractarē recipit Et iō pp̄ p̄t di
ſpēſare in tali irregularitate. Qđ āt
obiīci poſſ; p̄ decre. ex. eo. nup. ſoluit
tho. dicēs ꝙ p̄ illā decre. oñdi² ꝙ eadē
eſt difficultaſ diſpēſandi in illis q̇ de
facto cū p̄ſib; ↄtraxerūt ſicut ſi de iuē
ↄtraxiſſēt. nō ꝙ ſubtrahaſ ptās di
ſpenſandi Qđ etiā obiiciſ ꝙ ↄtra do
ctrinā; ap̄li diſpenſare nō liceat. ſoluit
dicēs ꝙ hoc verū eſt q̄ntū ad ea q̄ ſūt
de iure naturali ⁊ q̄ntū ad ea q̄ ſūt de
neceſſitate ſacramētorū ⁊ fidei. ſ; ī aliis
q̄ ſunt de inſtitutōne ap̄lorū cū eccl̄a
habeat nūc eandē ptātē ſtatuendi et
deſtituendi quā tūc hēbat p̄t p̄ eū; q̇
p̄matū in eccl̄ia tenet diſpēſari. Hec
Tho. S; q̄uis poſſit. dr̄ ꝙ nō licet ꝙ
nūq̄ faceret ñ forte aliq̄ cā maxima
ſbeſſet. A. De h̄ opiniōes referūſ in
ſū. cō. eo. ti. q. xij. S; cū Tho. cō. Pe.
et Al. ⁊ h̄ videſ tuti⁹. ar. c. h̄ eſt. xxiiij
q. j. B. Sed de ep̄o tenet ꝙ nullo mō
p̄t vt ⁊ poīt Jo. an. p̄ de. c. j. eo. tit. li.
vj. A. Silit ⁊ de hoc recitāt opiniōes
in dicta. q. xij. Sed h̄ videſ veri⁹ ⁊ ex
p̄ſſe haberi in. c. a nobis. extra. e. et
dicto. c. Vnico. in. vj. B.
¶ Bigami iure ↄmuni nudati ſūt oi
p̄uilegio clericali ⁊ additi foro ſeclāſ
nō obſtāte ↄſuetudine ⁊ eiſ ſub pena
excōicatōis inhibitū eſt deferre tōſu
rā vel habitū clericalē ex. eo. cū altri
catōis. li. vj. A. Glo. ibi dicit h̄ intel
ligēdū De hijs q̇ facti ſūt bigami ſi
ue vere ſiue int̄p̄retatiue in minoib;
Secus ſi in maioribꝫ ordinibꝫ. B.

BLaſphemia ſm̄ Ambro. ē vel
cū deo attribuiſ qđ ei nō ↄue
nit vel cū ab eo remoueſ qđ ei
ↄuenit. Hec tñ duo. ſ. affirmatio ⁊ ne
gatio ñ diuſificāt ſpeciē blaſphemie
A. Idē in ſū. con. li. iij. tit. xxxiij. q.
cevij. Sed Tho. ij. ij. q. xiij. ar. j. addᵗ
terciū modū videl; cū attribuiſ crea
ture qđ approp̄aſ deo. B. Et ſ; gen⁹
ſuū eſt pctm̄ mortale. ꝙ repugnat
caritati diuine. S; poſſ; ↄtigere ꝙ blaſ
phemia abſq; d̄liberatōe ⁊ ex ſurrep
tōe p̄cederet ⁊ h̄ dupliciſ Primo mō
ꝙ aliq̇s ñ adūtit h̄ qđ dicit eſſe blaſ
phemiā. vt cum aliq̇s ſubito ex aliq̄
paſſiōe ī v̄ba ↄtumelioſa p̄rūpet q̄rū
ſignificatō; nō ↄſideraret tūc ē pctm̄
veniale. A. Hoc puto verū niſi h̄ ei
freq̄nſ accideret ex lata culpa e⁹: ñ cu
rādo adhibē remediū. Lata ei culpa
equip̄aſ dolo. ff. depoſiti. l. qđ nerua
⁊ in. c. vt aīarū. de ↄſti. li. vj. B. Scđo
mō qñ adūtit h̄ eē blaſphemiā ↄſide
rās ſignata verborū. ⁊ tūc nō excuſa²
a pc̄tō mortali ſic nec ille q̇ ex ſbito
motu ire aliquē occidit. A. Idē in ſū.
cō. eo. titu. q. cevij. Et puto ⁊ mōrli
nō excuſari blaſpheᵐ: ſi nō recto aīo
moueaſ. licet ignoret ſua verba im
portare blaſphemiā Nā vt dr̄. j. Cor.
xiiij. Si quis ignorat ignorabiſ. ⁊
ſtult⁹ in culpa ſapiens erit in pena.
xxxviij. di. q̇ ea. B. h̄ tho. ij. ij. q. xiij
¶ De blaſphemia in deū vel in ſāctos
que p̄prie dr̄ maledictio vide ī male
dictio. ¶. ij. ⁊ iij.

CAbella. Vide infra peda
giū. ⁊ vide ī. tallia. q̄ p̄
eodē accipiūſ. vl̄ q̄ī.
Alix nō d; fieri de vitro.
lig. ere. l' auricalco. nec
d. j.